

*Herbe au Charpentier* non novi.

De Syphilitide res singularis; ferè crederem omnia venena curare luem.

*Helicteres* flores ritè vidi.

*Ichthyomadiæ* vis inebriandi pisces, Sloane et Browne habent.

*Sanguis Draconis* extrahitur à variis plantis; alia Kaempfero \*, alia Rumphio, alia Loefflingio, alia Jacquinio.

*Sauvagesiam* hodiè examinavi siccam; Jacquini character non recedit à meo novo, nisi quòd pili deficient. Citum nectarium absolutè in meo specimine.

Planta illa quæ scandit et deprimit sylvas est *Lens phaseoloïdes* Fl. Zeyl., et fortè species *Mimosæ*; habeo vivam in Horto et parvam, quæ nunquàm apud me florebit, nec vidi unquàm flores.

*Lemoniera* Brownii est *Gratiolæ* species.

Habeo *Schizzilobiam* Brownii; experiar nùm oleum tollat ejus pruritus.

---

\* KAEMPFER (ENGELBERT), illustre voyageur et médecin, de Lemgo, en Westphalie, 1651-1716. *Amœnitatum exoticarum politico-physico-mediciarum Fasciculi V*, quibus continentur variæ relationes, observationes et descriptiones rerum Persicarum, et ulterioris Asiæ multâ attentione in peregrinationibus per universum Orientem collectæ. Lemgo, 1712, in-4<sup>o</sup> avec fig.